

Postcommunio. Subdita tibi familia quam cœlesti pane satiasti, quæsumus Dômine Deus noster : ut beatæ Teré-

sia intercessiõe et exemplo, misericórdias tuas váleat in ætérnum cantáre. Per Dóminum nostrum.

DIE XXII. OCTOBR. S. Salome VIDUÆ.

MISSA. *Cognovi*, de Comuni nec Virginis nec Martyris, p. [42]

Oratio. Dômine Jesu, pro cuius amóre beatá Salóme inter primas tibi fidèles ómnia dimisit, et te sepúltum venerári curávit : concède pro-

pitius; ut ejus imitatiõe tecum consequáti, ætérnæ resurrectiõnis participes effici mereámur. Qui vivis.

EVANGELIUM. *Accessit ad Jesum.* ut in Festo S. Joannis ante portam Latinam, p. 437.

DIE XXIII. OCTOBRIS.

S. Petri Paschasii EPISC. ET MART.

MISSA. *Sacerdotes Dei*, de Comuni unius Martyris Pontif. ij. loco, p. [4]

Oratio. Deus, humilium consolátor, et fidélium fortitúdo, cujus caritátis ardóre Martyr et Póntifex beátus Petrus ætáte téneros, et sexu fráges, ab impiórum captivité própria servitúte redémít : ejus, quæsumus, subsidiis ab ómni nos absólve fragilitátis humanæ reátu; ut ad cuncta caritátis ópera reparémur, et quos vénia féceris innocétes, auxilio fácias effícaces. Per Dóminum.

Secreta. Oblatiões nostras, quæsumus Dómine, beáti Petri Mátyris tui atque Pontificis comméndet orátio, mentesque nostras géminæ caritátis flamma succéndat. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio. Cœlestis doni benedictiõe percépta, te Dómine suppliciter exorámus : ut beáti Petri Mátyris tui atque Pontificis veráciter fácias imitatóres quem hódie per caritátis stúdiúm cœlestis aula suscepit. Per Dóminum.



EADEM VEL ALIA DIE.

SS. MARTYRUM Servandi ET Germani.

MISSA. *Intret*, de Comuni plurim. Mart, p. [13]

Oratio. Omnipotens sempitérne Deus, qui sanctis frátribus Servádo et Germáno miráblem fidei constántiam tribuisti : concède propitius; ut qui tantórum Mátyrum patrocínio frúimur, eórum perpétua intercessiõe roborémur. Per Dóminum.

EPISTOLA. *Sancti per fidem*, ut in Comuni plurim. Martyrum, p. [19]

EVANGELIUM. *Descendens*, de Comuni ij. loco, p. [15]

Secreta. In tuórum Dómine pretiósá morte Sanctórum sacrificium istud offerimus, de quo martyrium sumpsit ómne principium. Per Dóminum.

Postcommunio. Cœlestibus pasti deliciis, quæsumus omnipotens Deus: ut nos geminá lætítia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Servádo et Germáni glorificatiõe procedít, quos éadem fides, et pássio vere fecit esse germános. Per Dóminum.

EADEM DIE. Translatio prima

S. Eulaliæ VIRG. ET MART.

Pro Diœc. Barcinon.

MISSA. *Loquēbar*, mutato nomine natalítia ex Oratiõe in *translatiõnem*, p. [34]
Dicitur *Credo*, in Cathedrali tantum.

DIE XXIV. OCTOBRIS.

S. Raphaelis ARCHANGELI.

Missæ ut in fine Missalis, p. [132]

EADEM DIE.

S. Bernardi Calbo EPISC. ET CONFESS.

MISSA. *Stábat*, de Comm. Conf. Pontif. p. [21]

Oratio. Deus, qui beátum Bernárdum Con-

fessórem tuum atque Pontíficem, fidélem in Evánglio Filii tui ministrum in Ecclésia tua

constituisti : dirige in caritate tua, et confirma corda nostra; ut et in fide inveniámur stábilés, et in ópere eficáces.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

EVANGELIUM. *Sintlum-
bz, de Comuni Conf. non
Pontif. j. loco, p. [29]*

DIE XXV. OCTOBRIS. S. Fructi

CONFESS. ET ECCLESIAE SEGOVIENSIS PATRONI.

MISSA. *Os justí, de Comuni Abbatum, p. [32] præter sequentia.*

Oratio. Adesto Dómine pópulo tuo : ut beáti Fructi Confessoris tui mérita præclára suscipiens, ad impetrándam misericórdiam tuam semper ejus patrociniiis adjuvétur. Per Dñum.

Commém. SS. Chrysanthi et Dariae Mart. p. 555.

Graduale. Ps. 91. Justus ut palma florebit : sicut cedrus Libani multiplicábitur. V. Plantátus in domo Dómini : in átríis domus Dei nostri.

Allelúia, allelúia. V. Fructus pauper et húmilis, cœlum dives ingreditúr, hymnis cœlestibus honorátur. Allelúia.

Offertorium. Ps. 20. In virtúte tua Dómine lætábitur justus, et super

salutáre tuum exsultábit veheménter; desiderium ánimæ ejus tribuisti ei.

Sereto. Præsta nobis, Quæsumus omnipotens Deus : ut nostræ humilitátis oblatio, et pro tuórum tibi grata sit honoré Sanctorum, et nos corpore páriter et mente sanctíficet. Per Dóminum.

Communio. *Matth. 24.* Beátus servus, quem, cum vénerit dóminus, invenerit vigílantem : amen dico vobis, super ómnia bona sua constitut eum.

Postcommunio. Quæsumus omnipotens Deus : ut qui cœlestia aliménta percépinus, intercedente beato Fructo Confessore tuo, per hæc contra ómnia adversa muniamur. Per Dñum.

EADEM VEL ALIA DIE. SS. Gavini,

Prothi et Januarii MART. TURRITAN.

MISSA. *Introit, de Comuni plur. Mart. p. [13]*

Oratio. Deus, qui per

beátos Mátyres tuos Gavinum, Prothum, et Januárium Ecclésiám

tuam mirabiliter illustráre dignátus es : concède nobis fámulis tuis; ut quos patrónos vene-

rámur in terris, intercessóres habére mereámur in cœlis. Per Dóminum.

DIE XXIX. OCTOBRIS. S. Narcissi

EP. ET MART. PATR. CIVIT. AD DIGC. GERUND.

Introitus.

4. Reg. cap. 19. v. 34.



Oli timére, pópulus meus habitátor Sion : lætare et exsulta in omni corde, filia Jérusalem : Protégam urbem hanc et salvábo eam propter me, et propter David servum meum, dicit Dóminus. Ps. 90. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectióne Dei cœli commorabitur. V. Glória Patri.

Oratio. Deus, qui beátum Narcissum Mátyrem tuum atque Pontíficem illústri láurea decorásti, ejúsque corpus admirábili integritáte clarificas : concède propitiús; ut ejus deprecátione tuo muníti præsidio, incorrupta gáudia felicitátis aeternæ consequámur. Per Dóminum.

Lect. *Epistola* B. Pauli Apóst. ad Hebræos. 13. **R**atres : Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei :

quorum intuéntes exitum conversatiónis, imitámini fidem. Jesus Christus heri, et hódie : ipse et in sæcula. Doctrinis váriis et peregrinis nolite abdúci. Optimum est enim grátia stabilire cor, non escis : quæ non profuerunt ambulántibus in eis.

Graduale. Ps. 8. Glória et honoré coronásti Dómine Mátyrem tuum Narcissum. V. Et constituisti eum super ópera mánum tuárum.

Allelúia, allelúia. V. Hic est sacerdos magnus, qui in vita sua suffúlsit domum, et in diebus suis corroborávit templum. Allelúia.

Post Septuages. omissis *Allelúia*, et Versu sequenti, dicitur

Tractus. Ps. 20. Desiderium ánimæ ejus tribuisti ei, et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. V. Quóniam prævenisti eum in benedictiónibus dulcedinis. V. Posuisti in cápite ejus coronám de lápide pretiósio.

EVANGEL. *Amen, amen dico vobis, ut in Communi Martyrum p. [9]*

Offertorium. Bonus pastor Narcissus animam suam posuit pro ovibus suis.

Secreta. Illo nos, Domine, divini amoris aestu sacrificium istud inflammes, quo beatus Narcissus vehementer erat accensus, dum hanc ipsam sacratissimam hostiam offerens gloriosissimo martyrio meruit coronari. Per Dominum.

Communio. Si quis mihi ministrat, me sequatur: et ubi sum ego, illic et minister meus erit.

Postcommunio. Repleti cibo spiritalis alimentae, et sacratissimi poculi recreati libamine, quaesumus Domine Deus noster: ut sicut de beati Narcissi Pontificis et Martyris tui festivitate gaudemus; ita continuo ejusdem patrocinio perfuamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

DOMINICA ALIQUA NOVEMBRIS.

Patrocinii B. Mariae V.

Missae ut in fine Missalis Dom. II. Novemb. p. [134]

DIE II. NOVEMB. IN DIE COMMEMORATIONIS

Omnium Fidelium Defunctorum.

Ex dispositione Benedicti Papae XIV. observari debet in perpetuum sequens ordo celebrandi tres Missas in praedicta die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum.

PRIMA MISSA dicitur ut in Missali Romano hac die, p. 563.

SECUNDA MISSA dicitur ut in Anniversario Defunctorum, p. [96] cum Sequentia. *Dies ira,* et Orationibus ut infra.

Oratio. Deus, indulgentiarum Domine: da animabus famulorum famularumque tuarum refrigerii sedem, quietis

beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dñm.

Secreta. Propitiare Domine supplicationibus nostris pro animabus famulorum famularumque tuarum, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: ut eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Dominum.

Postcommunio. Praesta quaesumus Domine: ut animae famulorum famularumque tuarum, his purgatae sacrificiis, indulgentiam pariter et

requiem capiant sempiternam. Per Dominum.

TEXTIA MISSA ut in Missis quotidianis Defunctorum, p. [97] cum Sequentia. *Dies ira,* et Orationibus ut infra.

Oratio. Deus, veniae largitor et humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam: ut animas famulorum famularumque tuarum, quae ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dñm.

Secreta. Deus, cujus misericordiae non est numerus suscipe pro-

pitius preces humilitatis nostrae: et animabus omnium fidelium defunctorum, quibus tu nominis dedisti confessionem, per haec sacramenta salutis nostrae cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dñm.

Postcommunio. Praesta quaesumus omnipotens et misericors Deus: ut animae famulorum famularumque tuarum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuae obtulimus majestati, per hujus virtutem sacramenti, a peccatis omnibus expiatae, lucis perpetuae, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dominum.

DIE III. NOV. S.S. Innumerabilium Martyrum Caesaraugustae.

MISSA. *Intrat.* de Communi plur. Mart. p. [13]

Oratio. Respice, quaesumus Domine, familiam tuam, et praesta: ut sanctorum Innumerabilium Martyrum intercessione munita, ab omni sit culpa defensa. Per Dñm.

Commem. Octavae omnium Sanctorum, p. 611.

Seq. sancti Evangelii secundum Joannem. 15.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Haec mando vo-

bis, ut diligatis invicem. Si mundus vos odit: Scitote quia me priorum vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod sum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Memento sermone mei, quem ego dixi vobis: Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur: si

sermōnem meum servaverunt, et vestrum servabunt. Sed hæc omnia faciēnt vobis propter nomen meum : quia nesciunt eum, qui misit me. Si non venissem, et locutus fuisset eis, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit : et Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent : nunc autem et viderunt, et oderunt et me ; et Patrem meum. Sed ut adimpleatur ser-

mo, qui in lege eorum scriptus est : Quia odio habuerunt me gratis.

Secreta. Preces nostras, quæsumus Domine, propitiatus admitte : et dicatum tibi sacrificium, beatorum Martyrum deprecatio commendet. Per Dominum nostrum.

Postcommunio. Sanctorum Innumerabilium Martyrum precibus confidentes : quæsumus Domine ; ut per ea quæ sumpsimus, æterna remedia capiamus. Per Dominum.

DIE VI. NOVEMBRIS.

S. Severi EPISCOPI ET MARTYRIS.

MISSA. *Sacerdotes Dei*, de Comm. unius Mart. Pont. p. [4] cum *Credo*.

Oratio. Deus, qui hodierna die beati Severi Pontificis et Martyris tui verticem effusione sui sanguinis consecrasti : da nobis, ejus suffragantibus meritis ; ut tranquillam in terris utriusque hominis pacem, et gloriam in caelis, quam possidet, consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Secreta. Hostias tibi, Domine, beati Severi Martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume ; et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

Postcommunio. Refecti participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster : ut cuius exsequimur cultum ; intercedente beato Severo Martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum.

DIE XV. NOVEMBRIS. **S. Eugenii** MARTYRIS, TOLETANI ARCHIEP. ET PATRONI.

Introuitus. *Eccli.* 45.



Tatuit ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum : ut sit illi sacerdotii dignitas in æternum. *Ps.* 131. Meménto Domine David, et omnis mansuetudinis ejus. *V.* Glória Patri.

Oratio. Deus, qui præsentem diem beati Eugenii Martyris tui atque Pontificis martyrio consecrasti : præsta propitius ; ut cujus annua celebritate lætamur, ejus meritis donum tuæ gratiæ consequamur. Per Dominum.

EPISTOLA. *Beatus vir*, de Communi j. loco, p. [3].

Graduale. *Ps.* 109. Juravit Dominus, et non poenitebit eum : Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. *V.* Dixit Dominus Domino meo : sede a dextris meis.

Allelúia, allelúia. *V.* Iste Sanctus digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gau-

dium tránsiit Angelorum. Allelúia.

EVANGEL. *Amen, amen dico vobis*, ut in Communi Martyrum, p. [3].

Offertorium. *Ps.* 88. Veritas mea et misericordia mea cum ipso : et in nomine meo exaltabitur corum ejus.

Secreta. Múnera tibi Domine oblata sanctifica : et intercedente beato Eugénio Martyre tuo atque Pontifice per hæc nos a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per Dominum.

Communio. *Joann.* 12. Qui mihi ministrat, me sequatur : et ubi sum ego, illic et minister meus erit.

Postcommunio. Deus, mundi créator et réctor, qui hodiernæ festivitatis diem beati Eugénii Martyris tui atque Pontificis martyrio consecrasti : præsta populo tuo ; ut cujus annua celebritate exsultat, ejus suffragiis et meritis tuæ pietatis consequatur auxilium. Per Dominum.

DIE XVII. NOVEMBRIS.

S. Gertrudis VIRGINIS.

Missa ut in Missali die XV. Novembris, p. 568.

EADÉM DIE XVII. NOVEMBRIS.

SS. Aciseli et Victoriæ MARTYRUM.

MISSA. *Sapientiam*, de Comuni plur. Martyrum, p. [15] præter sequentia.

Oratio. Deus, qui familiam tuam beatorum fratrum et Martyrum tuorum Aciseli et Victoriæ gloriosis confessionibus circumdandas et prætegis: concede propitius; ut,

quos Patrones agnoscimus, eorum meritis et intercessionibus ab omnibus adversitatibus liberemur. Per Dominum.

EPISTOLA. *Sancti per fidem*, p. [19]

EVANGEL. *Videns Jesus turbas*, ut in Festo omnium Sanctorum, p. 562.

DIE XXVI. NOVEMBR. **Desponsationis****B. Mariæ V.** CUM S. JOSEPH.

MISSA ut in fine Missalis die XXIII. Januarii, p. [17] cum Commem. S. Petri Ale-

xandrini Episc. et Mart. ex Missa. *Stetit*, de Comuni unius Mart. Pont. p. [2]

DIE AB ORDINARIO ASSIGNATA EXTRA
DOMIN. **B. M. V. de Guadalupe.****Introitus.** *Sedulius.*

S Alve, sancta parens, enixa puérpera regem, qui cœlum terræque regit in sæcula sæculórum. (T. P. Allelúia, allelúia.) Ps. 44. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. *V.* Glória Patri.

Oratio. Deus, qui sub beatissimæ Virginis Mariæ singulari patrocinio constitutos, perpétuis beneficiis nos cumuláre voluisti: præsta supplicibus tuis; ut, cujus hodie commemoratióne

lætámur in terris, ejus conspéctu perfruámur in cœlis. Per Dominum.

EPISTOLA. *Ego quasi vitis*, ut in Festo B. M. V. de Monte Carmelo, die XVI. Julii, p. 483.

Graduale. Cant. 6. Quæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol? *V.* Quasi arcus refúlgens inter nébulas glóriæ, et quasi flos rosárum in diébus vernis.

Allelúia, allelúia. *V.* Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putatiónis advénit. Allelúia.

Missæ notia S. Jacobi.

EVANGEL. *Exsurgens Mariæ*, ut in Visitatione B. M. V. die II. Julii, p. 477.

Et dicitur *Credo*.

Offertorium. 2. Paralip.

7. Elégi, et sanctificávi locum istum, ut sit ibi nomen meum, et permáneant oculi mei, et cor meum ibi cunctis diébus. (T. P. Allelúia.)

Secreta. Tua Dómine propitiatióne, et beatæ Mariæ semper Virginis intercessióne, ad perpétuum atque præsentem hæc oblatiõ nobis profici-

at prosperitatẽm et pacem. Per Dóminum.

PRÆFATIO. Et te in Festivitatẽ, p. 250.

Communio. Ps. 147. Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestávit eis. (T. P. Allelúia.)

Postcommunio. Sumptis, Dómine, salutis nostræ subsidiis: da quæsumus, beatæ Mariæ semper Virginis patrocinii nos ubique prætegi; in cujus veneratiõne hæc tua obitulum majestati. Per Dñum.

MISSA S. Jacobi APOSTOLI.

Ex concess. Clementis Pape IX. dicenda singulis Foris secundis non impeditis Festo ix. Læctionum

et extra Adventum, Quadagesimam et Vigilias.

MISSA. *Ponam*, ut die XXV. Julii hujus Proprii.

COLLECTA.

Sequens Collecta. *Et fámulos tuos*, dici potest in Regnis Hispaniarum ex concess. Pii V. et Gregorii XIII. ab omnibus Sacerdotibus, tum secularibus, tum regularibus, tam in Missis privatis, quam cantatis, et conventualibus quantumcumque solemnibus, tam post primas Orationes, quam Secretas, et Postcommuniones. Et postea ex decreto Sacræ Rituum Congregationis 13. Julii 1675. a prædictis dici potest sequenti-
bus verbis:

Et fámulos tuos Papatu nostrum *N.*, Antistitem nostrum *N.*, Regem nostrum *N.*, Regi-

nam, et Principem cum prole régia, pópulo sibi commisso, et exercitu suo ab omni adversitate custódi: pacem et salutem nostris concede temporibus: et ab Ecclesiá tua cunctam repelle nequitiam: et gentes paganorum et hæreticorum dextera tuæ poténtiæ conterántur: et captivos christiános, qui in Saracenorum potestáte detinéntur, tua misericórdia liberáre, et fructus terræ dare et conserváre dignéris.

Quando Missa habet unicam Orationem, dicitur immediate post eam; si plures, post ultimam, semper sub eadem conclusione. Sed si Oratio concludit *Qui tecum*. terminabitur. *Per eundem*.

Si in Missa dicitur Oratio pro Papa, vel vacante Sede apostolica, onittuntur verba pro Papa, idem de Antistite, Rege, Regina vel Principe.

Quando in Missa dicitur Oratio, *A cunctis*, Collecta dicitur sic:

Et famulos tuos Papam nostrum *N.*, Antistitem nostrum *N.*, Regem nostrum *N.*, Regnam, et Principem cum prole regia, populo sibi commisso, et exercitu suo ab omni adversitate custodi: et captivos christianos, qui in Sara-

cenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, et fructus terrae dare et conservare digneris.

Quando dicitur Oratio *Ecclesie*, dicitur sic:

Et famulos tuos Papam nostrum *N.*, Antistitem nostrum *N.*, Regem nostrum *N.*, Regnam, et Principem cum prole regia, populo sibi commisso, et exercitu suo ab omni adversitate custodi: pacem et salutem nostris concede temporibus: et captivos christianos, qui in Saracenorum potestate detinentur, tua misericordia liberare, et fructus terrae dare et conservare digneris.



Index alphabeticus.

Aciseli et Victoriae, Mart.	17. Nov.	72
Anastasi, Mart.	22. Jan.	7
Andree Hibernon, Conf.	18. April.	20
Angeli Regni Custodis.	1. Oct.	61
Antonini, Mart.	2. Sept.	54
Apparitionis S. Jacobi, Apostoli	23. Maii	33
Barbarae Virg. et Mart.	4. Dec.	1
Braulii, Episc. Caesaraugustani et Conf.	18. Mart.	16
Bernardi Calvo, Episc. et Conf.	24. Oct.	65
Claudii, Episc. et Conf.	6. Jun.	39
Caecilii, Episc. et Mart.	1. Febr.	11
Commemoratio B. M. V. de Columna.	12. Oct.	62
Commemoratio S. Juliani, Episc. Conch. et Conf.	5. Sept.	55
Cordis Jesu. — Feria VI. post Oct. Corp. Christi		39
Conceptionis Immaculae B. M. V. Hispaniarum et Indiarum Patronae.	8. Dec.	1
Conversionis S. Augustini, Episc., Conf. et Eccl. Doct.	5. Maii	24
Coronae D. N. J. C.	5. Maii	23
Cucuphatis, Mart.	27. Jul.	50
Cyriaci et Paulae, Mart.	18. Jun.	42
Dalmatii Monerii, Conf.	25. Sept.	60
Descensionis B. M. V. de Mercede	24. Sept.	57
Desponsationis B. M. V.	26. Nov.	72
Didaci Josephi a Gadibus Conf.	24. Martii	16
Dispositio Benedicti XIV. circa tres Missas celebrandas in die commemorationis omnium fidelium Defunctorum.	2. Nov.	68
Dominici Calceatensis, Conf.	12. Maj.	25
Dominici Silensis, Abbatis.	20. Dec.	2
Dominici de Val. Pueri, Mart.	31. Aug.	54